instanter admonitus in libro suo, qui inscribitur, Rerum Faventinarum Scriptores (Ad Scriptores Rerum Italicarum Muratorii Accessiones Faventinae) Tolosani Chronicon publicavit, ad fidem potissimum unius codicis ~~maxime usus uno codice~~ olim nobilissimae familiae Manfredianae, ~~tunc~~ apud Hannibalem comitem de Feniano asservati. Et rem ita instituit ut in dextra paginarum parte integra codicis verba, in sinistra textum, ut ipse opinabatur, emendatum imprimenda curaret. Cum autem codex in fine mutilus esset, Mittarellius alterum codicem Azzurinianum, vulgo Librum Rubeum, in archivio Canonicorum Faventinorum repositum, ad supplendum Chronicon adhibuit. Ex tertio praeterea codice, quem penes erat illustris familiae Faventinae Pasiae, duos locos (pag. 206 et pag. 208) hausit.

Multos post annos Tolosani Chronicon iterum in lucem prodiit nostris diebus ~~sub auspiciis virorum doctorum societatem Toscanam pro studiis historicis promovendis constituentium~~ in collectione cui inscribitur ~~illa~~ + "Documenti di Storia Italiana" (tom. VI anno 1876)

+ pubblicati a cura della R. Deputazione sugli studi di storia patria per le Provincie Toscana, dell'Umbria e delle Marche

et